Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

, 54.

„ specie." Incipit:" Oblaturus juxta senionum"; prout in Cod S. C: n: 22. et in edit: T. I. col: 457.

9. Fol: 282a – 295a

Ejusdem Tract. de forma visitandi. De forma visitandi inscribitur in codice, in editione autem T. II. col: 558 de visitati, one Prelatorum, vel de Cura Curatorum. Incipit:" Ad laudem dei et ad edificat, „onem populi Xtiani. Habetur quoq; in Cod: S. C: n: 13.

10. Fol: 295a-322a

Matthei de Cra „covia Tract: „ de confessione „ Huic opusculo prefixa est rubrica: "Tracta, „tus magistri mathie de Kracovia Ctrecun, „dum alios Johannis de deo Et est de con, „fessione." De hoc satis diximus in Cod. sup: cit: n: 4.

Cod: CCXXIII.

Chartac: 4. Sæc: 15. 2 6.6.

1. Fol: 1 – 84b

Andreæ de Weyt, „tra Tract: de oc, „cultatione vi, „tiorum. Andreæ de Weytra Tractatus de occulta, „tione vitiorum. Incipit:" Nonnunquam vicia se sub virtutum „specie occultant" Non memini hujus prolixi tractatus alicubi mentionem fieri; pauca qua de authore fer, „untur diximus in Cod: CCXXI. n: 8.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

, 55.

2. Fol. 75–95.

Nicolai Kempht de Argentina Alphabetum divini amoris.

Nicolai Kempht de Argentina Alphabetum divini amoris. In indice hujus codicis assertio anteriori inscriptovocatur: Tractatus divini amoris beati anshelmi; sed illius non esse mox patescet. Rubro colore premittitur textus: Accedet homo ad cor altum &c. Præfationis initium est: "Ad honorem omnipotentis dei aliquos modos et vias modevacione mentis in deum propono conscribere." Primum capitulum, quod inscribitur de via inchoativa incipit: "a timore servili procedit filialis". Extat hoc opusculum inter opera Gersonii edit: Dupinii T. III. fol. 78q, cui editor hoc inserit monitum: "Hoc opus non est Gersonii: citatur enim in eo Gerson non semel, nec stylum ejus sapit. Et aliunde hominis est, qui Religioni nomen dederat, ut colligitur ex capite tertio. citat Regulam S. Benedicti Cap: 4. & 6. "Hæc Dupinius. Anselmi non esse, et eadem ratione colligitur: citatur enim mox capite primo. Authorem vero Carthusianum fuisse satis clare docet operis epilogus, quem exscribere, cum ipsum Dupinium fugent, non inane reputo. Est autem is: "Et quia per singula capitula prius scripta secundum ordinem alphabeti clausulas suas posuit, ut facilius eas retineri possint clausule in memoria, et quia ille liber est de amore dei, ideo placuit ut vocetur alphabetarium divini amoris, et qui hoc legerit exoret pro ordine Carthusiensi, ex quorum fonte hec processerunt. Item exoret eciam pro omni ordine et statu tocius sancte matris ecclesie altissimum dominum, qui pro institutione ordinis Cartusiensium in solitudine degencium. Et pro dono hujus libelli sit nunc et sem-

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

, 56.

" per in secula seculorum benedictus amen.
" Deo gracias. Scriptum Wienne anno 1457.

Tractatus iste in Cod: ms: Abbatiæ ad S. Petrum Salisburgi adscribitur Martino de Cybs, seu Zips, Ord: S. Bened: Scotor: Viennæ; in edit: Memingæ per Alb: Kunne de Duder, stat ao 1489. Thomæ de Kempis: Joannis, der Ord: Prædic: illum vindicavit Monachis Cistere: in altera edit: Paris: Nic: de Barre 1516. idque ex testimonio Mauburni Bruxel: Canonici Nydero Synchroni, quem secuti sunt Quetif Script: Ord: Præd: T. I. pag: 793. et Apfaltrer Sæc: I. Script: Univers: Viennæ: pag: 122. Verum nulli horum, sed Nicolao Kempht de Argentina Carthusiano Gemmi, censi hanc Scriptionem adjudicandam esse, patet ex Autographo ipsius Nicolai, quod possidere se contendit Leop: Wydemannus Bibliothecar: Gemnicensis, ex codice Wei, chenstephanensi, et Mellicensi, quibus licuit addere et nostrum. Quæ et ideo de authore diximus, vide Cod: CX. n: 2.


3. Fol: 96— 107.

Joan: Gersonii Trait: de Oratione.

Joannis Gersonij Tractatus de oratione. Inscriptio est: " Incipit Tractatus venerabilis doctoris Johannis Gerson olim parisiensis clerie cancellarii de oracione et suo valore continuacione et intencione sub pluribus considerationibus traditus et conscriptus sub constanciensi concilio generali sancte ecclesie Anno domini M°. cccc XVj°. " Oppus initium est: " Oportet semper orare " Extat etiam in Codice XLIX. n: 18. in editione autem T. III. col: 247. In fine additur: " Explicit tractatus de oracione et valore ejus. anno domini 1457. Wyenne. "

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

, 57.



4. Fol. 108a — 111b.

Eiusdem Sermo de Orationis qualitate.

" Sermo de qualitate oracionis Gersonis; ita inscribitur. Initium est: " Obsecro vos tanquam advenas et peregrinos. Etymologia grecor verbum hoc." Habitus est in Conc. Constant. Vide Cod. XLIX. n. 28. edit. T. III. col. 2 Bq.

5. Fol. 112a – 124b.

Eiusdem Sermo de officio pastoris.

Eiusdem Sermo de officio pastoris, qui incipit: " Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis &c. Animadverte nunc." Rubrica praenotatur: " Illum Sermonem, quem Gerson ad Synodum remensem, Anno 1408 celebratam." Habetur quoque in Cod. supra n. 4. cit. n. 28. in edit. T. III. col. 542.

6. Fol. 125a — 131b.

Eiusdem Sermo de praecepto: Non occides.

Eiusdem Sermo in Concilio Constantiensi habitus coram Comissariis fidei de erroribus contra fidem et mores; circa praeceptum: Non occides. Rubricam praefert in codice nostro satis obscuram nempe: " Sermo Cancellarij parisiensis Gerson et tractat contra assertiones secundum quosdam casus de agibilibus". Incipit: " Extimo me beatum aput te o Sacrosanctum Constantiense Concilium! Extat etiam in Cod. s. c. n. 28. in edit. T. II. col. 330.

7. Fol. 132a — 137b. 151a

Eiusdem Regulae morales.

Eiusdem Regulae morales, seu ut in codice habetur: " Tractatus de regulis mandatorum per magistrum Joh. Gerson compositus". Prologus incipit: " Agamus nunc

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

, 58.

" interim;" Opus ipsum :" Ca que tibi deus
" precepit cogita semper ! In fine legitur:
" "Explicit tractatus conclusionum de diver,
" sis materijs moralibus collatarum per de,
" vatum doctorem Magistrum Johannem Ger,
" sonis qui tractatulus alias intitulatur de
" Regulis mandatorum . Scriptum Wienne
" anno 1459. currente. Idem est in Cod: S: C:
n: 21. in edit: Tom: III. Col: 77.

8. Fol: 151a–157a.

Sermo M: Chun, radi in Nativ: Domini.

" Sermo in Nativitate domini m chunr" ita inscribitur. Incipit :' Pastores loque,
" bantur ad invicem luce 2o. ca. Hec inter
" cetera hodierne festivitatis insignia ". Du,
" tus est coram Doctoribus Universitatis pro,
babiliter Vindobonensis.

A folio 157. usqp 170 varie ponuntur quastiones theologice, breviterque expedi,
" untur.

9. Fol: 170b–176b.

Stephani de Egenburga Sermo in dominica passionis.

Stephani de Egenburga sermo in dominica passionis. Premittitur Evangelium: Quis ex vobis arguet me &c: Sermo autem ipse inscri,
" batur: " Antecedenter in hoc capitulo."
In indice adscribitur Stephano de Egen,
" burga.

10. Fol: 177b–182a.

Sermo de horis canonicis.

Sermo de horis canonicis. Incipit:" Sepi,
es in die laudem dixi tibi. ps° CXVIII.
Quamvis deus semper. Ad calcem legitur
annus 1480 Wiene.
A folio 182–187 sunt abbreviate historie evangelice, et notamina de patientia.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

, 59.

II. Fol: 187–200. (187)

Tractatus de Sacram: Eucharij:

Tractatus de Sacramento Eucharistiae. Incipit: " Ut fidelibus pateat quomodo se preparare debeant ad Sacramentum eucharistie sumendum."

Finito hoc tractatu sequuntur excepta super Salve Regina et operis fusioni, et repetitiones de usuris, de decimis, de juresjurando, et de corpore viciatis.

IV. Fol: 250–253.

Georgii Policarpi Sermo in Comit. Imp: Norimbeg: 1463 habitg.

(a) Coroini.

Epigraphe hujus sermonis est: " Incipit oratio Georgij Policarpi in Cancellaria Matthiae (a) hungarorum Regis Protonotary, acta Nurnberge coram amplissimo conventu principum electorum Sacri Imperij, anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo XVj Kal: marcias." Incipit: " Quamquam fidelium defensio, patres prestantissimi ac amplissimi, orbis terreatq consilij principes; omnibus Xtianis principibus incumbit, tamen Reges hungarie pulcre salutis defendende adeo fuerunt studiosi, ut dum per vicinos principes fructus rentur, nulli unquam principum Xtianorum curam reliquerint hostium propulsandorum, soli diu licuit turcorum cohibere impetum mare hellesponticum et penitiores europe partes penetrandi, um." Durus est hic sermo. Gravissime conquenitur Polycarpus cum de militie auxiliari Rom: Imperii contra Turcarum insultus toties promisso, nunquam vero prestito; tum de Imperatore (b) Friderico hungariam injusto bello vastante. Unde certo

(b) Frider: III.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

, 60.

futurum concludit, ut hostis comunis sub,
acta Hungaria, ipsum quoqs subvertat im,
perium Romanum. An typis excusus
jam sit, ignoro.

13. Fol: 253- 255.

Excerpta ex libro de floribus temporum Joannis Keck.

Excerpta ex libro de floribus temporum Joannis Keck. Titulus est: "Brevis excerptio de floribus temporum Magistri Johis Kesch de fluxu annorum ab initio mundi usque ad nativitatem domini." Incipit: "Ab initio seculi usque ad Xtum fluxerunt anni 3931." Finis horum excerptorum est: "Beda et sui sequaces ab Adam usque ad xti nativit. ponunt annos 5199. Ideo
Unum tolle datis ad milia quinque ducentis
Nascenti domino tot beda tot a protoplasto.
Greci autem amplius computant in 3760 annis prout patet ex data bulle sue missa in concilium generale basilee celebratum/ quita computum quem sequitur Vincencius in speculo scribendum Jeronimum esse tot anni solum 3963. Paulus autem burgensis epi, scopus in suo scrutinio scripturarum et hebrei ponunt a mundi creatione usque ad xti nativit. tantumodo 3760 annos/ Sed frater Johannes Kesch monachus monaste, rii tegernsee computat annos 3931. Et plus concordat cum Jeronimo quia tantum in 32 annis minus computat/ Opinio bede videtur verisimilior tamen opinio fratris Johannis Kesch apparenciam habet probabilita,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

, 61.

„ „tis" et sic" res manet indubia". /: Fors Legen,
„dum: in dubio.

Floruit Joannes Keck circa annum 1480.
duoque alia ejusdem opuscula exhibet Knau,
„fius". Constantiensis Bibliothec: 2 Th: p: 178.
& 184.

Cod: CCXXIV. 2

Chartac: 4. Sec: 14. 2°. 15°. 64.

1.

Lectionarium idiom: germani: 1a–119b

Lectionarium idiomate germanico, seu li,
„ber continēs" lectiones ecclesiasticas, quae
in Missa leguntur, dicitur etiam epistolā,
„rius. Prima Lectio est de Dominica prima
Adventus, et incipit: „Nu wisset gnue,
„„der es" ist tzeit wer in dem slaf leit
„„daz er nu schol aufstan! In fine legi,
„„tur: „Explicit epistolarius per manus
„„— — ab anno domini M° ccc° nona,
„„gesimo quinto anno Sabbato post Martini
„„ni episcopi alleluja &c.

2.

Historia Jobi idiom: germani: 120a–131b

Historia Jobi idiomate germanico narra,
„ta. Prologus incipit: „Wie der almech,
„„tig got die seinen erbelten in diser Welt
„„versuecht hat mit manigen Layd und mit
„„grossem presten". In eodem author scopum
narrationis suae hisce indicat: „Nu wil ich
„„ew ein tayl zu deutzsch pringen des Rai,
„„nen mans Jobs puech, das ir wisset was"

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 223

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27563

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)